

aliorumcumque locorum circumvicinorum, superadendas; praemissis binis annu-
libus nundinis, prout & haebdomadali foro, gratiose addiendas duximus. De
caetero autem praeinsertas litteras confirmationales privilegiales non abrasas non
cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio ac sus-
picionem carentes, praesentibus nostris litteris privilegialibus, de verbo ad verbum
sine diminutione & augmento aliquali insertas & inscriptas, quoad omnes earun-
dem continentias, clausulas & articulos, eatenus quatenus eadem rite & legiti-
me existunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur; ac in quantum iidem
cives & inhabitatores Carlostadiensenses in huiusmodi libertatum & praerogativarum
continuo usu hactenus perstitissent, persisterentque etiam de praesenti, ratas,
gratas, & acceptas habentes, approbavimus, roboravimus & ratificavimus, ac pro
iisdem Civibus Carlostadiensibus, ipsorumque posteris ac successoribus universis
perpetuo valituras, gratiose confirmavimus; immo transferimus, superadimus, &
acceptamus, approbamus, roboramus, ratificamusque & confirmamus: salvo jure
alieno harum nostrarum Secreto Sigillo nostro, *quo ut Rex Hungariae utimur*,
in pendentem communitarum, vigore & testimonio litterarum. Datum per manus
fidelis nostri, nobis dilecti, Reverendi Georgii Lipay de Zombor, Episcopi Eccle-
siae Agriensis perpetui Comititis de Heves, Consilarii nostri, & Aulae nostrae per
Hungariam Cancellarii. In Civitate nostra Vienna Austriae. Die 26. Mensis
Julii, Anno Domini 1629. Regnorum nostrorum Hungariae III., reliquorum XIV.,
Bohemiae vero anno XII.

Ferdinandus m. p.

Georgius Lippay m. p.

Episcopus Agriensis.

Laurentius Ferenczffy m. p.

(L. S.)

In dextro inferiori margine:

Collationatum cum originali, Carlostad. Die 19. Maj, 1753.

(L. S.)

M. H.

General Auditor Lient.